
iusticie de uios gu berna de valle miserie nos
duc ad superna ut te cum in requie viuamus
e terna agr Alle luya
V. Hele na lesyotie dextus et patria
poste no bis hodie gratia
rum do na
Voce dulcis melo
die veneremur in hac die helene solempnia
Que post aurspis huius e felix dies theorie nigt


ad solatia Hec est Rebecca flos decoris hanc commendat
cordis oris morum pudicitia Absoluta viri thoris
spreuit ut Judith amoris carnalis connubia Mar
tham prebet se dici mariam requiei contemplando
tempore Dum non fouet hostes dei yael uxor et
cinei prophetans par delbore Alabastrum comminu
tum fragrans fudit vim virtutum ut probant mi
racula O peccatorum aduocata posce reis ut sensa


ta thesaurites gratiam Cecus videt et os mutum
loquitur ad eius nutum cedit lepre macula Ac
ut Hester ele vata que gens tua deo grata mere
atur gloriam . amen.

Ad missam Gaudeamus. **Collecta**

Largire nobis quesumus clementissime deus intercessione beate helene matris tue veniam omnium peccatorum. et quos eius concedis solempniis gloriari. da eius precibus gloriosis celitus sublimari Per dominum.

Sapiencie

Mulier sensata et tacita non est immutacio erudite anime. Gracia super graciam. mulier sancta et pudorata. Omnis autem ponderacio. non est digna continentis anime. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei. sic mulieris bone species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super candelabrum sanctum et species faciei super etatem stabilem. Columpne auree super bases argenteas. et pedes firmi super plantas mulieris stabilis. Fundamenta eterna supra petram solidam. et mandata dei in corde mulieris sancte. **R.** Propter veritatem **V.** Audi filia.

In illo tempore loquente ihesu ad turbas. ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui illi. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos ait. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit vo